



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o tertia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

paupertatis palea dum quasi  
 granum germinat elisabeth in  
 signis. Hereses ab area fidei  
 determinat meritis et signis  
**R.** Aures surdis referat clau-  
 dis gressum repat: et cecis in-  
 cessum. Hereses. **Lectio secunda**  
**O** rescens autem per etatem ipse cre-  
 scebat amplius per affectum devo-  
 tionis. At ubi gradum virgi-  
 nalem prudenter rexit et inno-  
 center percurrat conjugalem gra-  
 duz intrare compellitur. ut po-  
 te que ad hec paterno imperio  
 urgebatur. Consensit igitur licet  
 iniuncta in copulam conjugalem  
 Ludouici lantgrauij thurin-  
 gie lege quidem thori astricta  
 sed nulli delectationi subiecta  
**R.** Ista regis filia hec pre-  
 teribilia mundi non elegit sed  
 seipsa fortior seseque sublimior  
 se sibi subegit. **R.** Spiritum ietu-  
 nis carnem sub cunctis iugiter  
 castigans. **Se Lectio tertia**  
**Q**uantevero deuotionis ac hu-  
 miliacionis fuerit ad deum:  
 quantecumque austeritatis et absti-  
 nentie ad seipsum: quantelar-  
 gitat et misericordie ad pau-  
 peres sermo breuis non suffi-  
 cit explicare. Nam pernox in  
 orationibus obedientia strictis-  
 sima sub regimine cuiusdam  
 magistris Conradus se submi-  
 sit: carnem ieiunio et verberibus  
 subegit: et que habere potuit in  
 pauperum consolacionem expen-

dit. Tu autem. **R.** O miranda  
 mulieris huius fortitudinem  
 qua in se vite veteris sic occi-  
 dit hominem. Et potestatis ae-  
 ris vertit in formidinem. **V.**  
 Hec pugnatuura studio mente  
 virum induit femur cingens  
 gladio. Et potestates Gloria  
 Et. **In secundo nocturno. ant.**  
 Abintus regis filie omnis des-  
 cor glie nihil foris appetit lau-  
 dis et honoris. **ps.** Eructa-  
 nit. **ant.** Dum refugio fortiter  
 adheret dum viri solatio vidua  
 careret. **ps.** Deus noster refu-  
 gium. **ant.** Habens celo fun-  
 damentum aurum super et argenti  
 prudenter edificat. dum pau-  
 peres letificat. **ps.** Fundamenta  
**M**ortuo quoque in terra **Lectio iiii**  
 ra sancta marito vidualem statu-  
 cum deuotione amplectitur et con-  
 tinentiam deo perpetuam pol-  
 licetur. A quibusdam autem  
 viri sui vasallis turpiter eiecta  
 est: ut ex hoc eius patientia cla-  
 resceret. et paupertatis diu con-  
 ceptum desiderium obtineret  
 Unde nocte adueniente in por-  
 corum stabulo cuiusdam taber-  
 narij se recepit deo gratias multas  
 agens. Tu autem domine. **R.**  
 Aspernata seculum generosi  
 sanguinis paruipendit titulum  
 Apprehendens enim solum ma-  
 nuum consilio victus querens  
 usum. **R.** In gazophilatum  
 vidua cum vidua totum mittit  
 B ij.